

Sermo

¶

Quod ait ysa. l. **A**uferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Peccatum vero operis manifestatur alijs: ita fit occasio ruine cuiuslibet cernenti: scienti psalmista **I**nterficiatis uniuersos vos. Sed peccatum confuetudinis corrumpit in finitimos diffundendo circumquaque fetorem Iohelis. i. **C**omputruerunt iumenta in stercore suo.

Tercio in modo, quia ad puellam ait, surge, et surrexit continuo. Sed in suscitatione huius adolescentis primo misericordia motus est: Deinde accessit: et tetigit loculum eius, et plura uerba dixit: nec surrexit statim: sed primo resedit. In suscitatione uero lazari infremuit spiritu, et turbauit semetipsum, et lacrimatus est, et uoce magna clamauit: nec surrexit ille nec resedit: sed tantum prodixit ligatus manus et pedes. In quo notatur quod facilis est curatio uel cetero modo male cogitatio: sed difficilis operis, difficilissima uero consuetudinis. **E**zech. xxiij. **D**ulce labore sudatum est: et non exiuit de eo rubigo eius.

Quarto et ultimo differunt in personis circumstantibus, quia puellam paucis assistantibus suscitauit. Sed adolescentem multa turba presente: que sequebatur illum, et turba ciuitatis que erat cum uisita. Lazarum uero coram multis qui ex diuersis locis uenerant ad martham et mariam: ut consolaretur eas de fratre suo. **N**am sicut dicit glossa, publica nota publico eget remedio, leuis leuiozi, et secreta secreta potest dilui penitentia. Unde uersus **D**eus mala: mors intus, malus actus

Centesimus primus

¶

mors foris, uisus Tumba, puella puer, lazarus ista norant. **I**ta uerbo, motu puerum, te lazare fleu suscitauit. hic pauci, plebs, ibi testis adest.

Sequitur. **A**ccepit autem omnes timorem. **Q**uamuis tam erit quando in uoce uirtutis, in clangore tube resurgent omnes mortui, quod huius adolescentis resuscitatio presignauit. **U**nde petrus rauanen. hortor carissimi mi uisus resurgentis exemplo commitemur ad fidem resurrectionis omnium nostrum, et credamus quod crucifixi nostri corporis sic aratrum, fides sulcus, sepulchrum resolutio, germen expectatio temporis, ut cum dies dominici aduentus ariserit: i corporum nostrorum natura: tunc uirtus uitalem resurget in messem, nascituram iam carnem: nescituram finem. **N**on passuram falcem, non flagella senturam, quasi diceret, **D**epositis in morte uerulfacis paleis: nouum gloriosi corporis resurget in fructum. **U**nde dicit apostolus prima ad Corinthios dectmo quarto **S**eminatur corpus animale: surget corpus spirituale. **S**ed timor istorum reuerentie fuit. **U**nde sequitur. **E**t magnificabant deum dicentes: quia propheta magnus surrexit in nobis, et quia dominus uisitauit plebem suam. **I**n quibus uerbis commendant christum ab uictraque natura.

Primo commendant eum ab humana secundum quam fuit propheta: et eterna immobili ueritate populo denuncians.

Secundo commendant eum a diuina: secundum quam dignatus est uisitare

¶ b. iij.